am,vel eam quadrupedem,quę pecorum nu mero ſit,iniuria occiderit , tantum domino dare damnetur,quanti ea res eo anno plurimi fuerit.Secundum capitulum in vſu nō eſt. Tertio capitulo de cętero damno cauetur,vt quāti ea res.30.proximis diebus fuerit,& intel ligendū eſt plurimi,emēdetur. Tria ergo lege Aquilia cōſiderātur,dānum eſſe datū,& iniuria eſſe datū, & domino eſſe datū.Iniuria idciro datū eſſe requiritur, quia ſi iure datū eſt, nō tenebor,veluti ſi ſeruū tuū latronē(cū aliter periculū euadere nō poſſum)occidero:vel adulterū in ipſo adulterio cū vxore mea deprehenſū,ſi cū cōteſtatiōe id fecero.Iteē ſi putator,deiecto ramo ex arbore ſeruū tuū tranſeūtē occiderit,diſtinguēdū eſt,vtrū prope viā publicā,vel vicinalē,aut in ſuo agro,vbi nulli erat ius eundi,id fecerit.Nā prope viā publicā vel vicinalem , ſeu in illo loco , in quo erat ius eundi id fecerit,& non proclamauerit,culpæ reus eſt. Quod ſi proclamauerit , vel in eo loco erat,in quo non erat ei ius eundi, & ſeruus ſe cauere non curauit, non tenebitur. Imperitia quoque culpæ annumeratur. Itaque ſi medicus ſeruum tuum ſecuerit, & ob eius imperitiam ſeruus mortuus eſt, vel ſi citius quàm deberet , dereliquit curationem, lege Aquilia tenebitur: Hac actione non

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/apel1551/0087
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.